



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte**

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover ; Tübingen, 1737**

N.IV.V. Legati Gallici Gravamina

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51734)

1650.  
Mart.

N. IV.

Der Französischen Gesandten Beschwerde und Remonstracion.

Executio Tractatus Casareo-Gallici tria potissimum continet

- I. Exauktionem Militiæ.
- II. Remedium contra Epistolam scil. exaratam a Statibus Imperii ad Regem Hisp. d. 7. Martii 1650.
- III. Restitutionem Franckenthalia & Ehrenbreitstein.

Exauktion  
tio.

Utriusque partis Plenipotentiarii convenire debent de modo, tempore, & securitate Exauktionis Militiæ, ita ut utraque pars secunda esse possit, omnia, quæ conveniunt fuerint, sincere adimpletum iri; Copiæ autem & exercitus dimitti, & exauktionari debent, eo tantum numero in suos cujusque proprios status traducto, quem quæque pars pro sua securitate judicaverit necessariam.

In hoc præcipue Articulo consistit securitas Pacis, quies Germaniæ, Salus Galliæ. -- De eo tamen nondum actum est; Sed facilis erit conventio, nam cum interfit omnium Imperii Ordinum, & maxime Svecorum, Exauktionem sincere fieri, & eum militum numerum ab Imperatore non reservari, qui justam suspicionis causam præbere possit, Gallis probari poterit, quicquid Suecis æquum videbitur.

Epistola

Præcipuum Tractatus Casareo-Gallici fundamentum est in §. *Et ut Sincerior*. -- Bello Gallo-Hispanico nec Imperator nec ullus Imperii Status se immisceat, id est, nullo titulo vel prætextu, armis, pecunia, milite, comæatu aliterve juvet Hispanum contra Gallum, neque illis Copiis, quæ contra Gallum pro Hispano a quocunque duci contigerit receptum, Stativa, transitum indulgeat. Quid vero egerit Anno præterito Princeps Ulricus Würtembergicus; quid hoc Anno Vice-Colonellus Caraffa; quid adhuc paratur, nisi remedium adhibeatur, omnibus notum est; -- congregari Milites, eo præsertim numero, in ditionibus Imperatoris, eo prohibente & non indulgente, non potuerunt; -- qui prohibere potest & debet, neque tamen prohibet, juvat; -- Imperator prohibere debet, alioqui delusoria est cautio hujus §. quomodo enim probari potest, Imperatorem armis, pecunia, milite, comæatu, aliterve juvare Hispanum, si non sufficit probare, Milites & Ductores Militum, qui modo Casareani erant, factos repente Hispanicos, sub hoc nomine congregatos magno numero, detentos longo tempore in ditionibus Imperatoris.

Liber transitus concessus est ab Imperii Statibus, Militibus modo dictis; Sicut & Quartaria habuit in Imperio Exercitus Lotharingicus; sed fortasse inutilis Statibus. -- Inutilis est cautio hujus §. si non sufficit probare transitum, si allegatio defectus Voluntatis excusat; quomodo enim probari poterit consensus. -- Qui prohibere debet & potest, neque tamen prohibet, consentire videtur; -- potuerunt Ordines Belgii arcere Exercitum Lotharingicum a finibus suis, & non potuit Imperium, neque saltem valuit interdiceret transitum tot fluminum & regionum sexcentis equitibus Vice-Colonelli Caraffæ; -- qui prohibere debet, & non potest, conqueritur saltem de injuria & protestatur, conaturque probare ei, cui fit injuria, invito se fieri, sed nulla ab ullo Imperii Statu exhibita est querela Ordinibus Imperii congregatis, nullum Decretum factum est, nulla apud Gallos excusatio.

Legatus Hispanicus petiit transitum Militum a Principibus Imperii, & eorum Saluum Conductum, declaravitque scripto, illum sibi negari jure non posse -- petiit publice transitum tanquam rem licitam, & transferunt milites nullo prohibente, nulla querela propter transitum, nulla Declaratio contraria Declarationi Legati, nulla vel minima hujus mentio, quid est igitur indulgere transitum, si illud non est? -- Tandem prodit Epistola Legatorum

Epistola  
Legatorum

1650.  
Mart.

gatorum Electoralium, quæ promittit Regi Hispaniæ multo amplius, quam petitum fuerat ab ejus Legato. -- Multa notanda continet hæc Epistola, præcipue tamen notari convenit Scriptum illud, quod extraditum docet Monasterii Legatis Imperatoris.

Sed fortasse Scriptum & Epistola nihil promittunt nisi in futurum, & post controversiam præsentem sopitam, quod Instrumento Pacis non est contrarium; -- Legatur Epistola. -- Quis potest petere a Gallis, ut dimissis Sociorum auxiliis, eosdem soli quos conjuncti habeant hostes, mutato tantum nomine ac loco, aut a Svecis, ut Gallos Confoederatos hosti nuper communi exponant. -- Quis jacturam temporis & damnum dilationis imputare poterit Svecis aut Gallis, propter obstaculum, quod Legati Electorales interposuerunt, & cujus Remedium est in eorum potestate, si tamen est ali- quod sufficiens Remedium.

Cum hæc Epistola sit Actus Publicus, missus ad Regem Hispaniæ nomine Collegii Electoralis, factus ab iis, qui Norimbergæ congregati explicandorum Articulorum Instrumenti Pacis facultatem usurpant, insertus iisdem Archivis Publicis, in quibus est Instrumentum Pacis; inutilis videtur improbatio ejus, nisi publica sit, & eodem loco deposita, approbata a toto Conventu Norimbergensi, facta a Principibus, quorum Legati Epistolam scripserunt. -- Improbatio Legatorum non videtur sufficiens, quomodo enim possunt improbare omnes & quo prætextu -- improbationem denegare non possunt Principes, si pacem & fidem datam approbant, de quo non est dubium; -- Si præeat Improbatio Electoris Moguntini, cujus Legatus præjuit, & præfuit Epistolæ conficiendæ, sperandum est alios omnes secuturos. -- Hæc res intra brevissimum tempus confici potest, si velint. -- si nolunt improbare, id est, si volunt approbare manifestam Pacis violationem Sui Nominis factam in Article Principali, quo jure in vim ejusdem Pacis repetere possunt loca & alia omnia. -- Poterit etiam fieri improbatio ab ipsis Legatis, dummodo dicant, eam se facere ex mandato expresso Principum, eorumque Ratificationem exhibeant ante primum Terminam, iis verbis & ea forma concipi debet Improbatio, quæ nullum dubium relinquat.

Restitutio  
Francken-  
thaliæ &  
Ehrenbreit-  
steinii.

Maxime interest Galliæ, ut Franckenthaliam restituat Rex Hispaniæ; & Ehrenbreitstein Imperator, qui utrumque promissit. -- Legati ejus impulerunt Status Imperii, ut pignus offerrent Gallis. -- pignus, de quo conventum est, obrulerunt Status. -- Conventio facta est consensu iisdem Legatis, & quædam in ea ad petitionem Illorum mutata sunt, quod probatur Scripto Publico. -- qui quædam immutavit, cætera non improbasse videtur. -- æquior omnium consensu fieri conventio non potest. -- pignus aliud sufficiens Gallis & Domino ejus probatum proponi nullum potest. -- Obligatio Conventionis est reciproca, ideoque pura & sine conditione, quod æquitas & verba ejus satis probant; -- dies quidem executionis ejus pendet a die Subscriptionis Legatorum Imperatoris, quia possidet Castrum Ehrenbreitstein. Sed hæc Clausula non reddit obligationem conditionalem, alioqui obligatio reddendæ Franckenthaliam non esset pura, neque Conventio Præliminaris subscripta a Statibus cum Svecis; -- Promiserunt Deputati Statuum se effecturos, ut Imperator approbaret Conventionem, dixeruntque, habere se ea media, quibus illud præstarent. -- Si sufficit non velle, quod omnes alii volunt, & quod justum est, & quod unicum est remedium, quare Tractatus Monasteriensis & Norimbergensis. -- pax non datur Gallis secura, si Franckenthaliam non redditur. -- spes non est restitutionis, si pignus sufficiens denegatur. -- Nullum aliud est sufficiens. -- omnes Consortes Pacis tenentur efficere, ut Imperator præstet id, quod omnibus æquum videtur, & sine quo Pax esse vix potest. -- Si ea dicant & faciant omnes, quæ ad hunc

1650.  
Mart.

1650. hunc finem conduceere videntur, Imperator suscipiet in se invidiam  
Mart. turbata Pacis, quod vix faciet, & si velit, praesentia sunt remedia, ju-  
sta & necessaria.

1650.  
Mart.

N. V.

Spanischer Paß vor einige in Teutschland geworbene Troupen.

Don Francisco de Moura und Corte Real, Graff von Luminares, Der Kö-  
niglichen Majestät von Hispanien Cammerier, Rath und Extraordinari Bot-  
schafter in Teutschland.

Nachdem vermdge des zu Münster in Westphalen aufgerichteten Friedens-Schluss  
der Cron Spanien so wol als allen andern ausdrücklich vergönnet und zugelassen  
worden, von denen im Heil. Römischen Reich abgedanckten Bldckern öffentliche  
Werbungen anzustellen, und die Geworbene dann aus und durch das Reich abzu-  
führen, besonders, wann dieselbe von denen Reichs-Fürsten und Ständen, durch  
Derer Lande sie passieren müssen, bewilligten Durchzug haben, und alles dasjenige,  
so dieselbige zu nöthiger Zehrung, Unterhalt und sonst, verthun, aus eigenen Mit-  
teln richtig entzahlen würden, und aber zu Höchstermeldter Königlich Majestät  
Kriegsdiensten erfordert etliche Hochteutsche Reuterey, um dieselbe nach den Nieder-  
landen zu des Erzh. Herzogen, Leopold Wilhelmen, Fürstlichen Durchlauchten zu sen-  
den, hin und wieder richten zu lassen, von welchen der Don Louis, Graff Ca-  
raffa &c. Obrister Lieutenant, mit bey sich habenden seines untergebenen Regi-  
ments fünf Compagnien zu Pferd würcklich hinunter gehet, und in alle Weg nachst  
eigener Zahlung gute Ordnung halten wird: als haben Wir Demselben hier-  
mit seines Hinabzuges beglaubte Zeugnuß geben, und zugleich alle und jede des  
heiligen Römischen Reichs Herren Chur-Fürsten, Stände und Städte, zuorderst  
aber Der Edllichen Cron Schweden zugethane Generalitäten, Obristen, Guber-  
natores, Commendanten und Kriegs-Häupter, wegen der bishero zwischen der  
Cron Spanien und Königreich Schweden geübter Freundschaft, wie nicht weniger  
der in Spanien und ganz Spanischen Gebiet annoch unlängst neu erhebeter guter  
Correspondenz und durchgehenden allgemeinen Handelslauff, bitt- und dienstli-  
chen ersuchen wollen, damit Sie jetztgedachten Obrist Lieutenant Caraffa, samt bey  
sich führenden Troupen nicht allein in vorhabenden freyen Durchzügen, keiniger-  
ley Eintrag oder Behinderung, sondern vielmehr allen besörderlichen Beystand, Bor-  
schub und Handreichung wiederfahren lassen wollen, gestalt mit denen bishero hinab  
marchirten Bldckern rühmlich beschehen, auf und mit hiesig Unserseitlichen gewissen  
Gegen-Verschreibungen, daß Sie und die Ihrige in Höchstgedachter Königlich  
Majestät Landen hinwiederum in künftigen Begebenheiten gleichmäßige Freund-  
schaft, Wohlwillen und Behagung, wie die Unserige disfalls geniesen werden, zu  
jederzeit werden zugewarten haben. Gegeben in der Kayserlichen Residenz Stadt  
Wien den 21. Febr. Anno 1650.

D. F. M. de Luminares.

Aus Befehl Ihrer Excellenz.

Henricus Start Sprach-Secretarius.

N. VI.

Declaratio Legati Moguntini super Conceptione literarum die 7. Martii 1650.  
Nomine Electoralium Legatorum ad Regem Hispaniarum datarum.

Notum sit Omnibus, quod, cum hinc nuper a Legatis Electoralibus,  
nullo Principalium Suorum mandato, vel jussu, imo absque Eorum præ-  
scitu, ad Regem Catholicum pro restitutione Franckenthalia, sub II. Mar-  
tii

Zweyter Theil.

Wb

tii